e-codices

E go uirtute deum & maiorum noſtroꝝ diueſ ſum ſatiſ
I ſtaſ magnaſ factioneſ animoſ dotes dapſileſ
C Lamores imperia eburata uehicula pallaſ purpuram
N ihil moror. q̄ in ſeruitutem ſumptib; redigunt uiros.
Eu D ic mihi queſo que ea eſt quam uiſ dicere uxorem? Me eloquar
N ouiſtin hunc ſenem euclionem é proxumo pauperculū.
Eu N oui hominem haud malum mecaſtor. ME cupio eius filiam
V irginem mihi deſponderi· uerba ne facias ſoror
S cio quid dictura es· hanc eſſe pauperem hec pauper plac&
Eu D ij bene uortant. Me idem ego ſpero· Eu qd me nūc qd uiſ Me uale
Eu E t tu frater. Me ego conueniam euclionem ſi domi eſt
S ed eccum neſcio unde ſe ſe homo recipit domum.

EVCLIO MEGADORVS SENES DVO.

P R teſagibat mihi animus fruſtra me ire quom exibam domo
I taq: abibam inuitus· nam neque quiſquam curialium
V enit: neque magiſter quem diuidere argentum oportuit
N unc domum properare propero nam egomet ſuꝫ hic· aīuſ domi ē
ME S aluus atque fortunatuſ euclio ſemper ſieſ
Ev D ij te ament megadore. Me quid tu recten atque ut uiſ ualeſ.
Ev N on temerarium ē ubi diueſ blande appellat pauperem
I am illic homo aurum me ſcit hr̄e eo me ſalutat blandiuſ
Me A in tu te ualere: Eu ego pol haud pecunia perbene
Me P ol ſi eſt equus animuſ tibi ſatiſ hr̄ſ qui bene uitam colaſ
Eu A nuſ hercle hoc inditium fecit de auro perſpicue palam ē
Q uoi ego iam linguam precidam atq: oculoſ effodiam domi
Me Q uid tu ſolus tecum loquere. Eu meam pauperem conqueror
V irginem hr̄o grandem dote caſſam atq; inlocabilem
N eque eam queo locare cuiquam. Me tace bonum habe animum euclio
D abitur. adiuuabere á me· dic ſi quid opuſ eſt impera
Eu N unc petit quom pollicetur. inhiat aurum ut deuoret
A ltera manu fert lapidem panem oſtentat altera
N emini credo q̄ large blandus eſt diueſ pauperi
V bi manum inijcit benigne ibi onerat aliquam zaniam
E go iſtos noui polipos qui ibi quicquid tetigerint tenent
Me D a mihi operam parumper. paucíſ euclio ē qđ te uolo
D e cōmuni re appellare mea & tua· Eu hei miſero mihi

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 32v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/32v)